OLAI
A.
SIL.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai.

1. Gymnasium Logicum repetitum
2. Exercitatio de Cognitione humana universa.
3. Tr. de Esse alicubi seu Ubietate.
4. Pro methodo Trinitatis aliisq[ue] materiis Apologia.
5. Quadrigatus expensus seu Consideratio quadrigae quaestionum de Syncretismo nonnemini Wittebergae emissa.
6. Exercitatio de Prudentia Theologica.
7. Exerc. de Obedientia tam Civili quam Spirituali.

D.O.M.A.

Gymnasii Logici repetiti

DIATRIBE III.

DE

TERMINO

PRÆDICABILI.

Vulgò de PRÆDICABILIBUS.

Disputationis loco
Ad sententiarum collationem
in Gymnasio Dantiscano
Proposita.

PRÆSIDE

HENRICO NICOLAI

Philosophiæ Professore
Publico.

Respondentis vices obtinente

JEREMIA THAMKIO,

Trachenbergâ Silesio.

Ad diem 1. Novembris. S.N.

In Auditorio Philosophico
Horis destinantis.

DANTISCI, Typis GEORGII RHETI,
ANNO clↃ. IↃC. XXXVIII.

Gymnasii Logici repetiti
DIATRIBE III.
De Termino prædicabili.

I.

V*T ingenuæ artes sine certis ducibus velut in sylvis multorum errorum divagantes ad unum omnes collabentur, cum ars sine authore sit velut navis sine clavo, ut sunt verba* Casi præf. Log, *Ita prædicationes sine certis titulis velut fundamentis in immensum confusionis præcipitabunt, cum prædicatio sine titulo sit velut ædificiũ sine fundamento. Nati hinc Logico* termini prædicabiles, *uno nomine* prædicabilia *dicti, fundamenta prædicationum affirmantiũ in contractione entis seu materijs prædicamentalibus, in parte primâ Logices proponenda. Possuntq́ hæc fundamenta vel formalia esse, quæ formas affirmatè prædicandi in creatis materiis ostendant, hæc prædicabilia vocamus: vel materialia, quæ cum formâ certas materias suppeditant. Hæc prædicamenta.*

2. *Prædicabile consideratur* vel *quâ protheoriam*, vel *theoriam. Protheoria tria tradet, 1. An pars Logices hæc doctrina? 2. Vbinam tractanda? 3. Qualis hæc doctrina?*

3. *Quâ prius*, An doctrina de prædicabilibus velut pars Logicæ tractanda, an tantùm velut prodromus, *ambiguũ est apud Authores.* Ramei *planè omittunt, & in doctrina suâ inventionis Topicæ, ut loquuntur, sparsim aliqua de genere, specie, adjuncto communi & proprio inspergunt.* Tempellus *cum prædicato idem facit, & mirificè more suo exagitat prædicabilium Aristoteleorum doctrinam*, in refut. prædicab. *Logicæ ejus annexa*, p. 111. seq. *Sed his missis, ut ordinem Logicæ invertentibus inter Aristoteleos ad posterius plurimi incli-*

clinant. Cl.J.Mart. l.1. inst.c.1. D.Höpfn. in isag. Porph. c.1. Bartholin. jan. par.2. n.6. Arnisæus in Crell. par. com. l.1. c.2. Thomas, Boetius, Themistius, Scheibler⁹ V. Weger. q.10. in isag. *Ex mistis ita* Sonleutnerus p.7. Log. *Distinctè hic dicendum: 1. Doctrina* Porphyriana *de prædicabilibus sive introductio conscripta est, ut esset prodromus & introductio ad Categorias Aristotelis rectiùs intelligendas, non ut pars Organi Logici Aristot. Hoc patet ex ipso* Porphyrio intr.c.1. *Et de hac puto intelligendos authores nominatos. Vide inprimis* Cl.J.Mart. C.1. d.6. q.1. *Accidentaliter, ex ordinatione Porphyrij hæc introductio pars Logicæ non est: Ex naturâ tamen ipsius Logicæ completè tradendæ esse potest. 2. Doctrina hæc non est pars organi* Aristotelici *hodierni, nam distinctè ibi non invenitur tractata: Aristoteles tamen eam non ignoravit, ut ex Categorijs patet.* V.Reg. q.1. de prædicab. *Et in Topicis varij Canones â genere, specie, differentia, &c. arguendi proponuntur. Vnde terminos ipsos præcognitos esse oportuisse manifestum. Et fortaßè aliquid hac de re Aristoteles distinctè conscripsit, sed quod injuriâ temporum perijt. Vt multa Logicorum scriptorum, quorum ad* 80. *ab Aristotele conscripta Laertius l: 5. memorat. 3. Essentialiter & Logicam in ideâ considerando* doctrina hæc omninò est pars perfectæ Logicæ, non tantùm prodromus. *Nam 1. suppeditat fundamenta omnis prædicationis prædicamentalis affirmantis, sicut synonymum & paronymum in genere omnis materiæ prædicationem formalem determinabat. At ineptũ est, agnoscere prædicationem affirmantem prædicamentalem, & negare fundamentum termini formalis in parte primâ expediendi, ex quo ut fundamento prædicatio illa sit dijudicanda. 2. Doctrina hæc insignem usum præbet in prædicamentis, definitionib. divisionib. demonstrationibus, ut alibi dicetur. At talis doctrina meritò*

ritò ut pars perfectæ Logicæ tractanda assumitur. 3. Doctrina hæc rectificat intellectum in primâ parte aberrantem, sic si hominem ut prædicabile contingens ad Petrũ conciperet. E. necessaria pars operis Logici est. V. plura ap. Dn. Weger. c. I.

4. *Quâ secundũ*, Ubinam in Logicis tractanda hæc doctrina, *multiplex sententia. Invenio triplicem. 1. Quidam in Topicis tractandam ajunt. Ita* Ramus & Ramistæ. V. Barthol. jan. p. 2. th. 1. n. 7. *Falsò. Aliud est prædicatũ, id est, quod actu prædicatur, hoc in Topicis, aliud prædicabile, id est, quod prædicari potest, hoc in parte primâ expenditur. Et prædicatum Topicum respicit modũ probandi, prædicabile modum prædicandi in termino simplici delitescentem.* V. Hipp. q. 15. Log. Bartholinum c. I.

5. *2.* Quidam prædicamentis eam postponunt. Ita Crellius isag. l. 1. par. com. c. 3. Zeidlerus dis. Log. 2. q. 2. Crusius dis. Lo. 4. q. 1. Bertius l. 1. Lo. d. prædic. c. 1. Alii. *Falsò & hoc. 1. Prædicabilia inserviunt prædicamentis, in quibus ostendunt, quomodo superiora de inferioribus in uno prædicamento, aut diversæ res diversorum prædicamentorum sibi παρωνύμως attribui in verâ affirmatione alicujus de aliquo debeant. E. ordine melioris doctrinæ debent præcedere ea, quidquid sit de ordine naturæ, dignitatis, nobilitatis. 2. Logicus ut Philosophus operativus primò formalia expedit, antequam ad materialia descendat. Sic primo syllogismi formam absolutè tractat, antequam eam certæ materiæ applicet. At prædicabilia sunt instar formæ, affirmationem in creatis materijs ostendentis: prædicamenta instar materiæ, quam in prædicabilibus Logicus certis & universalibus prædicandi formis aptat. Posito jam eo, in prædicamentis materiam Logicam qualitercunq; proponi, quod cum* Balduino *sensit* Zabarella & Crellius, *de quo alibi.* V. Hipp. q. 17. Log.

6. 3. *Quidam prædicamentis eam præponunt, ut* Averroës, Cl. J. Mart. Dn. Höpfnerus, Regius, Gutkius, Alstedius, Faber, Bartholinus, Rhenius, Scharfius, Hunnæus, Titelmannus, Wegerus, Morisanus, Porphyrius, *& Peripateticorum pleriq;. Sed & hoc diversimodè.* Alii *omnia prædicabilia præponunt, ut citati authores:* Alii *essentialia tantùm, ut genus, speciem & differentiam. Proprium & accidens alio loco tractant. Ita specialiter sentiunt* Keckerm. l. 1. Lo. s. 1. c. 6. Scheiblerus intr. Lo. c. 3 n. 3. & 33. Zanakius l. 1. Cl. J. Mart. s. 1. c. 3. q. 2. & 4. *& eodem inclinare videtur* Regius l. 2. Log. q. 1. de no. & ver. *Priorum sententia vera est, Cujus rationes vide th. 5. Et uberiùs* Cl. J. Martini C. 1. d. 6. q. 1. & Hippium c. 1. *consule.*

7. Posteriores *nituntur hoc fundamento, quòd prædicabilia debeant ostendere, quomodo superiora de inferioribus in prædicamentis prædicari debeant, quod tantùm faciant genus, species & differentia. Contra hos rectè observat* Cl. J. M. l. 1. Log. Keck. s. 1. c. 3. & Dn. Weger. s. 2. Log. c. 2. *prædicabiliũ scopum nec solum nec potissimum eum esse, qui assignatus est.* Non solum, *quia prædicabilia debent omnis prædicamentalis & affirmatæ prædicationis esse fundamenta. Aliud n. quod fundamentales modos in materiâ prædicamẽtali aliquid affirmandi suppeditet, in 1. Logicæ parte assignari non potest.* Non potissimum, *quia primarius finis est* ostendere aptitudinem terminorum ad futuram propositionem affirmativam idoneorum, *nam hæc in definitione prædicabiliũ exprimitur:* sive ea secundum sub & supra in uno prædicamento procedat, sive ordinando diversa prædicamenta, *sic homo est albus, doctus, pater, filius, & c. At ad hunc scopum proprium & accidens omninò conducunt. E. ex hoc prædicabiliũ loco nequaquam sunt ejicienda.* Specialis *scopus quorundam prædicabiliũ*

est

eſt ille à Kec.& Sch. *aſſignatus:* Generalis,*omnium terminorum in futuram prædicationem de materiâ prædicamentali generalis ordinatio, quæ ſynonymo & paronymo prædicamentali peragitur: Vel ordinando res unius claſſis, vel diverſarum claſſium inter ſe conferendo.* V. Cl.J.M.c.l. *Si prædicabilium ſolus iſte eſſet ſcopus, ordinare eſſentialia, quorsùm* Philoſophus in anteprædicamentis paronyma *adduxiſſet, i.e. ea, quæ ad modum propriorum & accidentium prædicarentur, ſi horum nullus uſus in prædicationibus prædicamentalibus? Quorsùm propriũ & accidens differentias in Categoriјs vocaret.* 1. Top. c.7.V.Hipp.q.17.Log *Vt in poſtprædicamentis* termini oppoſiti,diſparati,omnem propoſitionem in genere ad negationem efformant : *ſic Antepradicamenta, ubi ſynonyma & paronyma, prædicamentalē omnem propoſitionem ad affirmationem &c. At in antepradicamentis etiam paronyma ſunt. Hæc a. velut propria, vel ut accidentia in materiâ prædicamentali prædicantur. Hæc ergò etiam in prædicabilium loco ſimul pertractanda. Nudis negationib quas* Zanakius *defenſor* Keck. c.l. *aut principiј petitionib. quas* q.3. *adducit,hæc res non evertetur, quæ modo procedendi Logico & univerſalitate ejus nititur, quæ tàm in parte primâ, quàm ſecundâ, aut tertiâ, pro re nata, eſt urgenda.*

8. *Quà tertium,* Doctrina hæc Logica eſt, *i.e.* notionalis, debet prædicabilitatem *termini prædicamentalis oſtendere, ad Logicam n. ſpectat conſiderare res, ut ſtant ſub prædicatis intentionalib. ut* Javellus *loquitur:* Non realis & Metaphyſica; *Non ergò realia illa huc immiſcenda,* de univerſalib. *& eorum naturâ, fundamentis, abſtractionibus, de quib. multa hic disquiri ſolent à* Scholaſticis, Conimbricenſibus, Complutenſibus, Francofurtenſib: Arriagâ, Murcià, Toleto,Ruvio, Smiglecio, Moriſano, Fran. de Raconis, *& qui*

eos sequuntur, Fabro, Regio, Wegero. *Quam confusionem rectè notant* Porphyrius c. 1. intr. Dn. Höpfn. c. 1. Isag. Keck. l. 1. s. 1. c. 3. Titelm. l. 1. dial. c. 1. Mẽdoza d. 3. Lo. §. 1. *qui nullum ex recentioribus se habere ait, quem imitetur in resecandis istis allotrijs: Cum ex* Titelmanno *diversum noscere potuisset, aliijq́. Omnia hæc contra ordinem Logicum, & legem παιδείας, quæ eundem considerandi modũ requirit, nec realia cum notionalibus in eadem disciplina confundere permittit.*

9. *Fuit* protheoria. *Sequitur* Theoria, *quæ vel* nominalis *est vel* realis. Nominalis *triplex*. Homon. Etym. & synonymica.

10. Homonymia *est, quæ vox prædicabile sumitur 1. pro eo, quod qualitercunq́ de aliquo dici potest, sive affirmativè, sive negativè, sive verè, sive falsò & fictè. Hæc significatio non est hujus loci. 2. pro ente universali in prædicando, sic prædicabile est affectio entis, & sic de eo tractat Metaphysicus, quomodo genus dicitur affectio entis* in 4. Metaph. V. Weger. q. 10. Isag. n. 6. *quomodo ens genus dicitur omnium*, Arist. 3. Met. c. 3. *3. pro termino prædicabili affirmabili communi prædicamentali, i. e. quatenus prædicamentali materiæ ille aptatur, supposito, genera & species extra prædicamenta non dari, nisi quoad nomen tantùm. Et sic hic sumitur.* Etymologia *est, quâ prædicabile dicitur à prædicabilitate, i. e. habilitate termini ad prædicationem prædicamentalem.* Synonymia, *quâ prædicabile dicitur universale (quanquam hoc magis Metaphysicum, quàm Logicũ*, V. th. 8.) *terminus prædicabilis, Græcis κατηγόρημα &c.*

11. *Hactenus* Nominalis *consideratio. Sequitur* Realis. *Quæ definitione, divisione & affectione expeditur.*

12. Definitio *prædicabilium hæc sit:* Prædicabilia sunt termini Logici simplices, formales, verè, affirmatè, communiter, & prædicamentaliter de subjecto enuntiabiles.

13. *Pro definitione adverte 1.* definitum, *quod est τὸ prædicabile, i.e. id quod prædicari potest, non prædicatum, i. e. id quod actu jam prædicatur, de quo in doctrinâ propositionum. Nam hic in parte primâ aptitudo ad prædicandũ est ostendenda, in parte secundâ actualis prædicatio. Et omninò rem cujus natura in potentiâ consistit, per potentiam definiri oportet, ut propria, sensus, facultates, &c. quidquid occentet* Tempellus. V. Cor. Mart. l.1. com. Log. c.1. *Vnde sufficit prædicari posse de pluribus, etsi actu non prædicetur. Sic de speci eb. monadicis, sole, lunâ, phœnice. &c.* V. Weg. q.11. Isag. n.7. Scheib. c.3. n.20. introd. *Nota 2. definiri hic prædicabile, i.e. formale illud Logicum in re, quod ad prædicationem respectum habet, non universale, i. e. illam rem, quæ prædicari potest. Quæ est notio prima, & Metaphysico relinquitur. Estq; fundamentum prædicabilis Logici. 3. Prædicabile hic sumi* concretè, *ut & rem prædicabilem involvat, tanquã materiale, & ipsam prædicabilitatem, tanq. formale. Prout in definitionib. concretorum ista duo involvi solent. Sic album, nigrum.* Vide Dn. Weg. q.11. in Isag. n.2.

14. *2.* Ipsam definitionem, *quæ habet genus & differentiam. Genus consistit in verbis, termini Logici simplices, formales. Hi quid sint, pete è* dis.2. th.30. *Dicuntur* simplices, *respectu complexionis* enuntiativæ, non objectivæ *V. c. k. Objectivè n. ut parte 1. interdum esse solet objectum ex duobus complexum, complexi esse possunt. Sic album est accidens hominis, tamen complexum. Cum dicuntur ter. simpl. sequitur,* concipiendos eos, ut unum quid, 1. non tàm *quà vocem,* quàm *significationem, sive simplicem sive complexam objectivè. Sic corpus vivum est genus animalis, unum significatione, etsi duplex voce. Et 2.* unum unitate præcisionis, *i. e. præscinduntur à differentiâ individuali sive incommunicabilita-*

litate : & positivæ, *i. e. ut non solùm præscindatur incommunicabilitas, sed & concipiatur opposita communicabilitas, i. e. aptitudo prædicandi de multis. Pluribus hæc persequitur Metaphysicus. Confer* Weger. c.l. n.6. Formales, *quia formam prædicandi suppeditant, non simùl materiam, ut prædicamenta.* V. t. 1.

15. *Differentia cæteris verbis absolvitur. Dicitur* 1. verè, *i. e. prædicabile debet verè rei aliquid tribuere*, non fictè, non falsò, non impossibiliter, non æquivocè, *Tropicè aut Metaphoricè, hæc omnia hic excluduntur. Tropica ut sic, Rhetorica sunt, non Logica, nisi quà in propria resoluta, & ita in creatis ad prædicabile accidentis aut aliud referri poterunt. Sive veritas illa sit* realis, *ut homo est animal*, sive notionalis, *ut genus est prædicabile, propositio est dispositio*, sive nominalis & externæ denominationis, *ut pareis est visus, Homo est Petrus, i. e. habet nomen Petri. Hæc omnia ad prædicabilia referri possunt. Quanquam ultimum hoc à quibusdam negatur.* V. Wegerum c.l. n.7. *Pertinent huc prædicationes extrinsecæ.* Vid. Titelmannum l.1. dial. c.27. *Quæ apud Philosophos passim usitatæ.*

16. *Dicitur* 2. affirmatè, *i. e. ut inter subj. & prædicatum sit vera identitas in subjecto, sic homo est rationalis, animal, albus, docilis* : prædicatum notat idem suppositum quod subjectum. V. Weg. c.l. n.8. *Vt excludantur negativa, ut homo non est asinus* : & infinita, *ut homo est non asinus, quæ magnam partem æquipollent negativis.* V. dis. 8. t. 12. 13. *& nihil certi aut determinati ponunt. Vnde non opus, de eorũ reductione magnopere laborare. Quædam ad paronyma aut synonyma qualitercunq; reduci possunt.* V. disp. 2. t 27.

17. *Dicitur* 3. communiter, *i. e. ut tanquam communes res, quæ pluribus communicatione essentiæ multiplicatæ diversim*

versim & divisim attribui posint, ut secundùm multitudinem subjectorum & naturæ prædicandæ multiplicentur, de subjectis enuntietur. Vt excludantur 1. Individua *individualiter sumpta, quæ nunquam naturaliter & realiter prædicantur, ut Petrus est hic homo, semper subjiciuntur. Nisi præternaturaliter omninò, ut, Album est Petr⁹. Qui: Philosophus est Aristoteles.* V. Corn. Mart. l. 1. com. Log. p. 1. c. 1. *vel* identicè & nugatoriè, *ut Petrus est Petrus.* V. Höpfn. in Categ. c. 5. *Nisi nomine tenus solùm, ut hic homo, iste homo est Petrus, i. e. habet nomen Petri. Sic ad accidens reduci poterunt.* V. th. 15. Hunnæum l. 1. dial. *Prædicatur ita signum de signato, nomen de re, denominativè. Et sic velut commune nomen sumuntur. Nisi cum ut communia sumuntur, ut quoddam album est Socrates.* V. Scheib. Top. c. 28. n. 184. & de prop. c. 6. th. 62. *Vel ut Individua vaga, ut Petrus est aliquis homo, quod ad speciem reduci potest, si particulariter & indeterminatè sumatur.* V. eund. c. 3. intr. n. 36. *Non sensu prorsùs singulari, sic n. hæc nihil prædicant, ut prædicabilia. Non obstante eo, quòd individuum vagum ita sit terminus complexus, ut putat* Bartholin⁹ Jan. p. 2. n. 56. *Nam hoc tantùm quâ vocem est, non significationẽ. Quidã homo sono complexum videtur, sensu simplex & unũ quid menti repræsentat, Petrũ Paulũ, vel aliũ aliquem.* Averroës *de substantijs singularib: concessit, non prædicari. Sed de accidentib: negavit. Vt, Petrus est hic nasatus, hic Cæsius. Sed Aristoteles & accidentia singularia exclusit in antepræ: Cumq; in his simul implicetur subjectum, omninò idem de eodem dicetur, & prædicatio Identica orietur.*

18. *2. Vt excludatur* Natura divina, *quæ non dicitur cõmuniter, cõmunitate veræ & discretæ multiplicationis, quæ hic requiritur, ut ad supposita, de quib: dicitur, realiter multiplicetur; cum prædicetur tantùm de ijs per realem identita-*

tem, ob infinitatem suam, quâ æquipollere poteſt diſtinctis, ut diſtincta ſunt, non per veram diverſitatem, ut humanitas diversim & divisim dicitur de Petro, Paulo, Johanne, propter finitatem suam, Vt ad multiplicationem ſuppoſitorum & multiplicentur naturæ humanæ ſingulares. Ita alia numero humanitas eſt in Petro, alia in Paulo. Sed in Trinitate ad multiplicationem ſuppoſitorum, patris, filij & Spiritus S. non multiplicatur eſſentia, ſed identificatur, & una numero in trib: manet, Vt art. d. Trinitate uberiùs diſputari ſolet. Non ergò hæc, etſi de pluribus dicatur, communitate prædicabili de illis dicitur. Quia per identitatem realem, non multiplicationem de illis enunciatur.

19. *3. Vt excludantur* collectiva & aggregata, *quæ* diversim & divisim *de quolibet ſubjecto, ex quo aggregantur, dici non poſſunt. Sic non dico hic, iſte, miles eſt exercitus, hic iſte homo, eſt Reſpublica, ſed collectim: Hic ille, iſte & ille, & omnes homines ſunt Reſpublica.* V. Weger. c.l. & ſ. 2. Log. c.2.

20. *Dicitur 4.* prædicamentaliter. *Hæc vox multa complectitur. 1. Vt res prædicabilis ſit in prædicamento contenta, vel directè, vel lateraliter, vel reductivè. Per quod excluduntur* divina, Eminentia, tranſcendentia, ficta, non entia, æquivoca, *&c. De quibus fruſtra prædicabilia quæruntur. 2. Vt ſit in prædicamento non* imum *quid, ut individuū, hoc enim propriè non prædicatur,* V. th. 17. *ſed ſuperius, ſupra ſingulare collocatum.*

21. *3.* Ut dicatur etiam in compoſitione prædicamentali. *Hinc non eſt prædicabile, ſubſtantia eſt ens, etſi ſubſtantia ſit ens prædicamentale, ſummum nempe genus in prædicamento ſubſtantiæ, quia hæc attributio entis ad ſubſtantiam eſt rei extra compoſitionem prædicamentalem conſideratæ attribu-*

tribu-

tributio. Compositio enim prædicamentalis intra generis, speciei, differentiæ aut accidentium attributionem manet. Vltrà cum ascenditur, & prædicabilium ratio frustrà inquiritur aut assignatur. Sic cum natura de supposito, modus & attributum de ente, ens de suis inferioribus, affectio vel effectio eminens de subjecto dicitur, extra compositionem prædicamentalem dicitur, & supra prædicabilium attributionem. Similiter in transcendentibus & mysticis est, ut, Ens est finitum, Prædestinatio est actio, Deus est homo. &c. 4. *Vt* compositio illa vel *sistat in* uno *prædicamento, unde genus, species & diff. oritur, ut Petrus est homo; homo est animal:* vel ordinet prædicatum unius prædicamenti cum prædicato alterius prædicamenti. *Hinc oritur* proprium, *ut homo est docilis, &* accidens, *ut homo est pater, servus, loricatus, situatus, &c. Hæc compositio hic negligenda non est.* Vid. th. 8.

22. *Fuit* definitio *prædicabilis. Sequitur* divisio. *Prædicabile* aliud est essentiale, aliud accidentale. Essentiale *est, quod Logicè velut de essentiâ subjecti constitutivâ dicitur, ut genus, species, & diff.* Accidentale *est, quod Logicè extra essentiam subj. constitutivam prædicatur, ut proprium & accidens. Adeoq; prædicabile in* genere *est duplex, ess. & accid.* In specie *quintuplex, Genus, species, differentia, proprium & accidens.*

23. *Cujus numeri sufficientia probatur 1. ex generalibus & formalibus modus inessendi, qui quintuplices in finitis materiis. 2. ex generalibus modis prædicandi affirmativis, qui totuplices. Quinq; enim sunt modi prædicandi universales, qui partim in modis in se essendi, partim in alio inexistendi universaliter fundantur. 3. ex generalibus aliquid sub se continendi modis, sive ii necessarii, sive contingentes. Videantur authores.* Cl. J. Mart. C. 1. d. 6. q. 2. C. Mart.

 l. 1.

l. 1. com. Log. par. com. c. 1. & 2. Weger. ſ. 2. Log. c. 7. Hipp. q. 13. Log. Regius q. 6. d. præd. Nihuſ. diſ. 2. t. 5. Barth. jan. p. 2. n. 49. 50. Scheiblerus c. 3. introd. n. 37. Faber. q. 9. de præd. Smiglecius d. 5. Logic. q. 11. *alijq́. Vbi & quæ obſtare numero illi videntur, diluuntur. Quidquid ſit de mente* Porphyrii, *an is 5. præciſè prædicabilia ſtatuerit, an ſecus. Non enim de hoc aperta apud ipſum eſt determinatio, niſi quòd 5. iſtarum vocum in principio operis meminit. Non interim addens, an plures, an pauciores dari queant.*

24. *Vt ſufficientia numeri adversùs objecta* Rami, l. 3. anim. in org. Ariſt. c. 1. Tempelli, Timpleri, Goclenii, *quorum quidam numerum hunc augent, ut* Ram. Temp. Fr. Abra de Racon. *qui octo ponit.* ſum. tr. 1. d. univ. ſ. 2. diſp. 1. q. 3. *Alij minuunt, ut* Keckerman. qui 3. facit l. 1. Log. ſ. 1. c. 6. *ex falsâ hypotheſi.* V. th. 6. *ſit evidentior, adverte ſequentia. 1. Hic intelligi prædicabile* th. 12. 13. *cum omnibus ſuis requiſitis definitum. 2. prædicabile prædicamentale, non tranſcendentale, eminens, divinum. Hæc ergò hic aliena ſunt. 3. prædicabile* formale & generale, non materiale & ſpeciale, *quod infinitum eſſe poteſt. Sic materia de materiato, forma de formato, pars de toto, cauſa de cauſato, comparatum de comparato, &c. prædicatur. Hæc omnia ad 5. modos generales revocari poſſunt.* V. Scheibler. c. l. n. 38. Reg. c. l. Fabr. c. l. Hipp. c. l. *4. prædicabile hic ſpectari, non prædicatum, quod ex omni materiâ deſumi poteſt, etiam notionis primæ.* Vid. Corn. Mar. c. l. c. 1. *5. Definitionem & diviſionem eſſe complexa, ideoq́. huc non pertinere. Etſi & eæ mediante genere, ſpecie & differentiâ prædicantur. 6. prædicamenta, prædicata 1. Top. 7. enumerata, aut in Analyticis adducta non eſſe prædicabi-*

cabilia hic definita. V. Cor. Mar. c. l. *7. Insulsè ex eo, quòd prædicabile in genere vel essentiale vel accidentale dicitur, quintuplex præd. in specie negari, ut* Timpler⁹ facit 1. Log. c. 2. q. 9. V. th. 24. *Perinde ac si dicas, Animal est rationale, vel irrationale, Ergo non homo, bos, asinus, cervus, canis, &c. 8. Etsi species interdum fiat genus, & proprium etiam sit accidens, materialiter tamen hoc tantùm fit, formaliter habent prædicabilia hæc* diversas rationes *formales,* & oppositas, *per quas unum formaliter nunquam est alterum, sed ab eo disparatum, quod ad oppositionem membrorum in divisione est sufficiens. Reliqua in actu disputationis diluam.*

25. *Prædicabilia* essentialia tria *sunt.* Genus, species & differentia. Genus *consideratur* quà nomen & rem. *Quà* nomen, *tripliciter, homonymicè, Etymologicè & synonymicè.*

26. Homonymia *est, quâ genus sumitur 1.* Politicè, *pro familiâ, patriâ, origine, gente.* Physicè, *pro subjecto recipiente formam.* Grammaticè, *pro notione nominis.* Rhetoricè *pro statu causarum.* Metaphysicè, *pro gradu essentiali per differentiam contrahibili.* Logicè, *pro certo prædicabili. Sic hic.* Etymologia *est, quâ à Græco* γένος *dicitur.* Synonymia, *quâ prædicabile genericum, terminus genericus, universale genericum dicitur.*

27. *Quà* rem *spectatur genus 1.* in definitione, *quæ hæc:* Genus est prædicabile de pluribus specie differentibus in quid generale. *Dicitur, 1.* prædicabile. *De hoc* vide th. 12. 13. *Estq́ hoc genus* univocum *ad omnia prædicabilia, non obstante eo, quòd quoddam per se, quoddam per accidens dicatur. Nam hoc non generi, sed speciebus prædicabilium competit. Ad naturam autem prædicabilis, ut sic, non pertinet, an per se aliquid dicatur, an per accidens: sed*

indifferens hoc ad definitionem prædicabilis est, ut c. 12. patuit. 2. De specie differentibus, *i.e. ijs, quæ disparatis formis & differentijs specificis differunt. Intellige* immediate & primò: mediate & secundò *etiam de individuis, ut Alexandro & Bucephalo prædicari potest. Sic Petrus, Bucephalus est animal, mediante scil. homine & bestiâ, quæ illis competunt. Genus primò & directè de speciebus dicitur, secundò & consequenter de individuis & differentijs.* In Quid, *i. e. essentialiter & constitutivè :* generale, *i. e. indeterminatè & amplè, non ita determinatè, ut species.* Divisio generis est, *quâ aliud est summum vel subalternum, proximum vel remotum, univocum vel analogum, &c.* Weg. c. I. Scheibl. Top. cap. 28. n. 72. Affectio est, *Esse prius naturâ specie, etsi species & individuum sint priora existentiâ. Esse amplius specie quà indifferentiam, etsi species plus in se habent quà contractionem & differentiam, ad quam genus in potestate solùm erat. Ejusdem cum specie esse prædicamenti, nisi ubi terminus complexus definiendus veniat. Vt Album est corpus. Album in qualitate, corpus in substantiâ. Sed album est complexum quid. Huc & referunt illa : Pater, servus, filius, est homo. Pater, servus, filius, in relatione sunt: Homo in substantiâ. Sed homo ad patrem & servum verum genus non est, de quo hic agimus, sed species infima quæ verum genus nunquam fieri potest. Totam naturam suam & omnia prædicata materialia speciei tribuere. Sic animal sensitivum, corpus, substantiam, homini, leoni, &c. tribuit. Sed indifferentiam ad rationale & bestiale ei non tribuit. hæc enim ad formale generis, ut sic, pertinet, non materiale. Similiter de specie differentibus prædicari.*

28. 2. Speciei homonymia *multiplex est. Sumitur* Philologicè, Grammaticè, Metaphysicè, Physicè, Logicè

gicè. Definitio est, *quòd sit* prædicabile de pluribus numero differentibus in quid determinatum. *Dicitur de* numero differentibus primò, immediatè, & per se, *ut homo de Petro, Paulo:* mediatè, secundò *& de specie differentibus, quatenus transit in genus. Sic animal de homine & bestia.* In quid determinatum, *quia specialius quid dicit, quàm genus.* V. ch. 27. Divisio *est in subalternam & specialissimam, quidquid exagitet* Valla l. 1. Dial. c. 1. *subjicibilem & prædicabilem, &c.* Affectio *est, quâ plus habet in se quàm genus, sc. quâ determinationem, non extensivam diffusionem: Nihil repugnans generi habeat, in materialibus attributis, benè tamen in formalibus. Remoto genere removetur, non statim posito ponitur determinatè, &c. Sic remoto animali homo & leo removetur: non eo posito statim hi ponuntur.*

29. Differentia *variè dicitur. Interdùm quamcunque discrepantiam, interdum essentialem, interdum primæ diversitati oppositam differentiam notat. Hic notat discrimen formarum essentiale.* Definitio *est*, prædicabile de specie vel individuo in Quale quid. *Dicitur de* specie, *sic rationale de homine, vel* individuo, *sic idem de Petro: De his ut pluribus prædicatur* actu & immediatè: *De illâ* secundò, potestativè & mediatè, *quia species plura individua sub se complectitur.* In Quale quid, *ut determinationem quandam dicat, quæ rem talem vel talem faciat essentialiter. Sic quale quid est homo? Rationale quid.* τὸ *Quid hic* Logicè *intellige, non præcise* Physicè. V. Scharf. c. l. c. 5. Divisio *est in constitutivam & divisivam, genericam & specificam, Metaphysicam & Physicam, &c.* Affectio, *efficere speciem, Ejusdem cum eâ prædicamenti esse, soli et, & toti, & semper inesse. &c.*

30. *Prædicabile accidentale est proprium & accidens prædicabile.* Proprium *variè dicitur, ut versu notari solet,*

Est

Est Medicus, bipes, canescens, risibilisq;. *Hic de quarto proprio agitur. Quicquid de tertio ineptiat* Valla l. 1. Dial. c. 20. *Ubi & illud verum proprium esse contendit, quòd & soli competat, & per naturam ac vim semper subjecto suo insit. Ita semper hominem facultate canescendi esse præditum, & si morte præventus per ætatem non semper canescat. Sed quicquid de his sit, non hoc ab intimâ essentiâ subjecti fluit, quod verum proprium facere solet, & hactenus proprium rigidè dictum non est.* Definitio est; prædicabile accidentale in Quale necessarium & convertibile. *Dicitur 1.* prædicabile. V. th. 12. *2.* accidentale, *i. e. tale, quod extra essentiam constitutivam subjecti sit, eamq; consequatur. Per hoc distingvitur à differentiâ. 3.* in Quale, *i. e. termino connotativo, & determinationem addente vel* speciei, *ut cum nutribile de plantâ & animali dicitur, vel* individuo, *ut cum risibile de Petro & Paulo dicitur. De utroq; enim proprium dicitur. Hujus respectu universaliter, alterius prædicabiter saltem, quia non de eâ, ut actu multo quodam, affirmatur, 4.* Necessarium, *i. e. ut proprietas ab essentiâ necessariò manans. Per hoc distingvitur ab accidente. 5.* Convertibile, *ut cum subjecto reciprocari possit. Ut distingvatur ab illis, quæ necessaria accidentia rei sunt, non tamen reciproca. Sic quantitas homini necessariò inest, non tamen reciprocè. O. homo est quantus, sed non om: quantum est homo.* Divisio *proprij varia est, Ut aliud materiale, aliud formale, aliud genericum, aliud specificum, aliud unitè, aliud divisè enuntiatum, &c.* Vide Weger. s. 2. c. 11. Affectio *est 1. reciprocè de subjecto prædicari. 2. non esse essentiam rei, necessariò tamen ab eâ fluere. 3. non confundi cum alio proprio. 4. non intendi & remitti.* V. Weger. c. l. *Quæ de communicatione & separatione propriorum hic disputari solent, ea sunt Metaphysica.*

31. Ac-

31. Accidens *variè dicitur. Interdùm omne adjunctū subjecto oppositum, interdùm casuale & fortuitum, interdùm omne extrinsecè substantiam afficiens. Hic sumitur pro eo, quod extraessentialiter rei convenit.* Definitur prædicabile accidentale de pluribus in quale contingens. *Dicitur 1. prædicabile.* Vide th. 12. *2. de pluribus sc. subjectis, sive species sint, sive Individua, sive genera: sic album & de leone, tauro, pariete, animali, corpore vivo, Petro, Paulo, dicitur. 3.* accidentale, *ut distingvatur à differentiâ: 4.* in quale, *ut distingvatur à genere & specie. 5.* contingens, *ut distingvatur à Proprio.* Divisio *est in prædicamentale & prædicabile, quod hic propriè tractatur. Divisionem hanc negant* Keckermannus l.1. Log. s.1. c. 8. & Schröderus de com. pro. th. 544. Hippius q.12. Log. Zanakius l.1. c. Jacob. Mart. s.1. c.8.q.2. *& alij, Quòd* partim *notionem primam, accidens, per terminorum Logicorum differentias diviserint, & ita differentias de genere in genus transtulerint:* partim *non statim accidens dicenda sit substantia, si accidentaliter alicui adhærescat. Vt aurum poculo, arma militi, vestis homini, pix navi. Substantiam posse esse in substantiâ accidentaliter, non statim accidens. Modum attribuẽdi nõ facere statim rem aliã. Sed* Logico sensu *facilè toleratur divisio.* Accidentis *vox est ambigua.* Interdum *omne τυχόντως rei attributũ notat, sive sit substantia, sive accidens prædicamẽtale substantiæ oppositũ. Ita quidam humanitatem Christi accidens Dei dixerunt, & propositiones personales accidentalibus annumerare nõ veriti sunt. Hoc vocârunt accidens prædicabile.* Interdũ *ens in subjecto inhæsionis esse potens, hoc prædicamẽtale. Quia circa vocũ tantum sensum res est, & divisio vetustissima est, usitatissima apud Logicos, evidentissima & classica, non facilè usitatos teeminorũ sensus novandos aut rejiciẽdos cẽsuerim. Nõ est* divisio velut generis, *veri &*

 rea-

realis accidētis, in species, prædicabile n. sæpè quoad rē non est accidens, sed substātia: Sed vocis ambiguæ *in significata sua. Accidentis vox interdū sumitur prædicabiliter, interdū prædicamentaliter. Hoc modo* nec *notio prima per differentias terminorū Logicorū dividitur,* nec *substantia statim in naturā realis accidentis transit, accidens enim prædicabile prædicationis tantùm ratione dicitur accidens, non naturæ & essentiæ. Nudis negationib. quas* Zanaki⁹ c. l. *oggerit, hoc non expugnabitur.* In separabile & inseparabile. Hoc est, quod â subjecto *in quo actu est, nostrâ vi realiter aut non, aut difficulter separari potest. Vt nigredo â panno, corvo, albedo â cygno, in quo actu est.* Affectio *est, 1. posse adesse vel abesse* Logicè *citra interitum subjecti. i. e. citra destruendā definitionem speciei, etsi* Physicè *quoddā accidens citra destructionem hujus aut illius individui adesse non possit, ut mors Petro, combustio huic domui, putredo huic carni, &c.* V. Weg. c. l. Cl J. M. C. 2. d. 2. q. 1. D. Hesselb. c. l. c. 5. q. 10. *&c. Vel subjectū corruptionis materia ultima est, q̄ nunquā corrūpitur, ut alij. 2. non fluere ab essentiâ subjectiva. 3. nullū determinatū subjectū requirere. 4.* τυχόντως *inesse, &c.*

39. *Fuit* divisio *prædicabilium.* Affectiones *sunt* 1. Necessitas. *V. th. 3.* 2. Utilitas, *de qua V* Cl. J. Mart. C. 7. d. 4. q. 1. Dn. Höpfn. de prædicab. c. 1. §. 1. Beurhus. p. 31. coll. Barthol. jan. par. 2. n. 1. 2. *3.* Ordo, *de quo th. 5. & 6. & hic quidē* conjunctus, *ut omnia prædicabilia conjunctìm proponantur, non divisus, De quo th. 7. &c.*

Ἐκ τοῦ περιοντ͂ος.

Tollere est interdùm affirmare aliquid. *V. Scharf. Log. l. 3. c. 12.*

Animal est accidens hominis, homo Petri.

Omnis differentia est accidens. Nulla differentia est accidens. Quædam differentia est accidens.

Quædam propria â subjectis suis separari posse per potentiam divinam, incredibile non est.

DEUS non est substantia.

H NICOLAI
OPERA.
TOMUS II.